

tudine in affectu. Noueritis, quod in nostra presencia constitutus vir prouidus dominus Jordanus dictus Ruffus, venerabilis in Christo patris et domini nostri domini Petri Dei gracia archiepiscopi Lundensis Swecie primatis capellanus, honorabili viro domino Bernardo Paal consulari vestro, vt domum suam, quam personaliter inhabitat, sitam in platea vestre ciuitatis, platea Adolphi wlgariter nuncupata, libere alienare, vendere et coram vestro consilio possit resignare, plene annuit et consensit et coram nobis tamquam coram vobis resignauit secundum exigenciam iuris vestri deditque eidem domino Bernardo Paal, sororio suo, in omnibus et singulis ipsum in iure vestro qualitercunque tangentibus et specialiter, si frater suus Henricus domos aut propria in iure diuolucionis per mortem comprehensa alienare et vendere voluerit, consenciendi et resignandi suo nomine ipsius habere plenam ac liberam facultatem, tamquam si huiusmodi coram vobis personaliter resignaret, ratum et gratum illud perpetuo habiturus quicquid idem dominus Bernardus fecerit in premissis uel in aliquo premissorum, quod presentibus protestamur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum apponi iussimus ad presentes. Actum et datum anno Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo quarto die beati Johannis ante portam latinam.

Sigill (stadsport med tre torn): .ECRETVM CIVIVM LVNDENSIVM.

5023.

1354 Maj 7.

Lars Dansson skänker till Kristina Jönsdotter i Skarhult all sin egendom i Gösebo samt en kvarn i Valkebo härad.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis, ad quos presens scriptum contigerit peruenire, Laurencius Dansson salutem in Domino sempiternam. Notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris me *Cristine Jönsdatter* de Skaraltø omnia bona mea et singula, mobilia et immobilia in Gøthsboth scita cum vno molendino in prouinsia *Walkøboheræth* cum omnibus et singulis dictis bonis adiacenciis, scilicet agris, siluis, pratis, humidis et sciccis, nullis exceptis, integraliter et libere per presentes contulisse perpetuis temporibus possidendis. Insuper obligo me et heredes meos prenotate *Cristine Jönsdatter* vel suis veris heredibus bona prefata appropriare, libere disbrigare cum omnibus et singulis suis adiacenciis, nullis exceptis, vt premittitur, ab inpeticione et alloquacione omnium presencium et futurorum quorumcumque. In cuius rei testimonium et cautelam firmiorem sigillum meum vna cum sigillis virorum discretorum, videlicet domini *Laurencii Karlson* militis et prefecti *Scanie* et *Mathei Haquini* armigeri de *Visbyrgh*, presentibus duxi apponendum. Datum anno Domini m^occc^ol^o iiii:to feria quarta proxima post festum beati Johannis ante portam latinam.

På baksidan: de bonis in Gøthsbothum.

Sigill: n. 1 fragment (jfr Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 508); n. 2 borta, remsan kvar; n. 3 (sex-uddig stjärna i sköld utan hjälm) skadadt: s' . . . HI . . . NSON.